



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor se solo pensatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

non alterius, quàm Dei. *Hac est vita aeterna, ut agnoscam te Deum vivum: hæc, non alia, est imbecilla ac divina, cognoscere te, Deus meus, & cognoscere amare te.*

Sed undenam tanta magnitudo provenit anima? vivat vita divina, vita Dei? Mors Christi promerita, quæ est Mors divina, Mors Dei. Præmium retribuit merito, effectus causæ: Mors Christi est meritum nostræ, & vita Divina effectus est mortis Dei.

Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ contulit mihi? Vita mea est mors tua, Domine: pro morte tuâ, vivo propter mortem tuam. Meum vere est tuum mori: & mori tuum est meum vivere. Si ergo per te vivo, tibi vivam, servitio tuo, gloria tua vita & mors mea, non alium finem habebit, quàm beneplacitum tuum.

## CONSIDERATIO XVII.

AMOR DEI.

*Amor se solo pensatur.*

**A**mor solo amore pensatur. Est axioma receptum in Schola amoris, amorem non alio aut alio quàm amore. Si dederit homo omnem substantiam suam, si non simul det amorem, pro nihilo agitur. Amor non vult aliud, quàm Amorem: cibus amor, pax & gaudium est. amor, amore felicitatis est. O sanctum amorem, qui tantum deum Deum, ut eo solo ipsi satisfiat, & oblietetur quæ ei debemus!

Si Deus est essentialiter amor, quo alio possit lectari, nisi amore? O prærogativa & Privilegium amoris! Ingressus Essentiam Dei: Deus caritas est. Deus est essentia amor. Non ita, cum dicimus, Deus humilitas est. Non est humilitas, sed causa humilitatis.

obas, ô Amor! Utrumque nomen significat tuam  
 curam. Et jam intelligo, quare sic ames. Amor quid  
 potest, quàm amare? & qui totus est amor, totus  
 amat: & qui est infinitus amor, infinitum amat.

Sed non sic amatur Amor, plangit quidam vir sanctus:  
*Amor non amatur, non amatur amor!* Qui haberet  
 oculos tantum ad videndas tenebras, & non ad viden-  
 dum lumen, melius eos non haberet. Ita qui amat, &  
 non amat: Amorem, melius est, ut non habeat amorem,  
 certitatem, nec Esse. Amo Amorem, & aliud non amo  
 quàm Amorem.

## CONSIDERATIO XVIII.

AMOR DEI,

*Suspirium cordis.*

*Quisus vis nostri Christus Dominus. Thren. 4.* Halitus  
 Domine, spiritus cordis, aura vitalis, quæ in vita me  
 tenet, non est alia, quàm Christus, amor Christi, præ-  
 sentia Christi. O mi Jesu, quod corpus est sine respira-  
 tione, hoc est anima mea sine amore.

Quid facis corpus? Non desinis respirare. Et tu,  
 anima, desinis amare? Non ita, non ita: tu, corpus, spira  
 respiras; & tu, anima, suspira & aspira. Et in quem? ad  
 Jesum? suspira ad Jesum, aspira ad Jesum. Ecce, Do-  
 mine, hoc pactum inter nos: *quoties inspiro, & respiro;*  
*aura Domine, suspiro, & respiro:* quoties spiro, & respiro  
 corpore; toties anima suspiro & aspiro.

O Jesu mi dulcissime, spes suspirantis animæ, in te  
 suspirat anima mea, & te aspirat cor meum. O suspirium,  
 quod penetrat coelum, & pervenit usque ad cor Dei!  
 O vis cereæ transfixæ! O desiderium animæ amantis!  
 anima mea, ad primum principium, quod tibi  
 dedit, ut esses: Suspira ad ultimum finem, qui tibi præ-  
 parat gloriam.

CON: